

in mortis articulo constitutus absolutiois beneficium nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes animo quod absit sustinuerit indurato, ex tunc — canonicatu et praebenda ac praepositura Misnensi huiusmodi privatus existat illique vacare censeantur eo ipso, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non dictarum ecclesiarum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque etc. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Tibure anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio quinto decimo Kal. Septembris pontificatus nostri anno quinto.

Nach Abschriften in Grundmann Cod. dipl. ep. Misn. VII. 2088 und Ursinus dipl. Misn. I. 443^b wie No. 1061.

No. 1063. 1463. 18. Aug.

P. Pius II. ernennt die Dompröbste zu Halberstadt und Naumburg und den Decan zu U. L. Fr. in Erfurt zu Executoren der am heutigen Tage erlassenen Bulle (No. 1062) und befiehlt ihnen nach geschעהener Publication derselben darüber zu wachen, dass den darin enthaltenen Anordnungen in allen Puncten nachgegangen, zunächst dem Erwählten von Meissen Dietrich, welchem er aus eigener Bewegung eine durch den Domprobst Dietrich von Schönberg, dem er gleichfalls heute neben der Probstei zu Budissin die Probstei im Capitel zu Meissen übertragen, zu zahlende Jahresrente von 100 rhein. Goldgülden verlichen (hodie motu proprio dil. f. Theodorico electo Misnensi pensionem annuam centum florenorum ren. tam super canonicatus et praebendae Misnensis ac illius, quam s. Petri in Budissen ecclesiarum praepositurarum fructibus redditibus et proventibus — eidem electo, quamdiu ecclesiae Misn. praecesset — per dil. f. Theodericum de Schonenberg, qui praeposituram s. Petri inter alia obtinere dinoscitur, et cuius ad id expressus accessit assensus, cuiusque etiam hodie de eisdem canonicatu et praebenda ac praepositura ecclesiae Misn. — vacantibus per alias nostras litteras gratiose provideri mandavimus, et successores suos dictos canonicatum et praebendam ac praeposituras pro tempore obtinente annis singulis integre persolvendam reservavimus etc.) diese Geldsumme pünctlich entrichtet werde. Datum Tibure — quinto decimo Kal. Sept. pont. nostri anno quinto.

Nach Abschriften in Grundmann l. l. VII. 2087 und von Ursinus l. l. I. 442^b aus dem liber Theodor. fol. 89.

No. 1064. 1463. 19. Oct.

P. Pius II. verleiht seinem Kämmerer Dr. jur. Joh. Lochner das durch die Wahl des Decans Georg von Haugwitz zum Bischof von Naumburg, dessen Bestätigung beabsichtigt war, als die Nachricht von seinem Ableben in Rom eintraf, erledigte Decanat im Hochstifte Meissen.

Pius episcopus — dilecto filio Johanni Lochner decano ecclesiae Misnensis utriusque iuris doctori, cubiculario et familiari nostro salutem etc. Grata familiaritatis obsequia, quae nobis hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon litterarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque sicut accepimus decanatus ecclesiae Misnensis,